



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Valerii Andreae Desselii Erotemata Ivris Canonici

Andreas, Valerius

Francofurti & Lipsiae, 1720

XV. De eo, qui mittitur in possessionem causa rei servandæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63277](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63277)

agendi, novaque instantia utendi, cum re-
fusione expensarum prioris instantiæ. Li-
te vero contestata, si deinde Actor con-
tumaciter absit, & tempus instantiæ, pu-
ta triennium, usque ad semestre præterla-
psum sit, poterit Iudex ad definitivam *d.l. 13. § S.*
procedere, etiam in favorem Actoris; alias *quidem.*
Reus absolvi debet.

De eo, qui mittitur in possessionem,
caussa rei servandæ.

TIT. XV.

Dictum paulo ante, Actorem ob Rei
contumaciam mitti in possessionem
bonorum seu rei petiti: hic docetur,
quid juris ex hujusmodi missione con-
sequatur.

1. *Quotuplex est hac missio?*

Duplex, ex primo & secundo decre-
to.

2. *Quid juris consequitur Actor ex missione
in bonorum possessionem ex primo
decreto?*

Tunc neque 'dominium rei', neque et-
iam veram possessionem consequitur, sed
tantum detentionem: quia ejusmodi mis-
sio fit duntaxat rei servandæ causa, ut
eam custodiat Actor, dum interim veniat

responsurus Reus; idque in actione
c. 2. § ult. rem, quam in personam.

b. 1.

3. *Quando secundo decreto opus est*

Hic distingue inter actionem realem
 personalem. Nam in reali actione

opus non est hoc secundo decreto, sed

Reo post missionem non comparet
 intra annum; quia tunc Actor, et

anno, statim, id est, absque alio
 decreto, consequitur veram rei possessionem, in quam missus est. Verum in

d. c. 1. b. 1. actione personali, quia Reo contumace

c. 5. §. in annum non comparente, eo anno

aliis sup. non statim acquiritur Actori possessio,

Ut lite non in quam missus est, opus est secundo

contest. decreto, ad hoc, ut veram rei possessionem consequatur.

Vallen.

hic n. 3.

Ut lite pendente nihil innovetur

TIT. XVI.

In ea quisque possessione, aut qualitate

habere debet, quam initio litis habuit

adeoque lite pendente nil est innovandum, id est, nihil fieri potest

litis qualitas statusve immutetur

quo modo.

1. *Pendere lis quando dicitur*

Pendere lis dicitur inter aliquos, tantum, quando lis est contestata,